



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Ecclesia**

**Buchinger, Michael**

**Dilingae in Rhetia, 1556**

**VD16 B 8998**

E. Mulier uirginitatis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64468](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64468)

paulo post: Erubescite tandem impij, tunicam  
 hominis iam iudicati in cruce pendentis pilati  
 Neopolemi non sunt ausi conscindere, & uos co-  
 namini charitatem hominis in caelo sedentis imo  
 regnantis cum deo, diuidere: De mysterio autem  
 quadripartite uestis loquitur idem S. August.  
 tractatu. 11. in Ioannis Euangelion, dicens.  
 Quadripartita uestis domini nostri IHESV  
 CHRISTI, quadripartitam figurauit eius  
 ecclesiam, toto scilicet qua, quatuor partibus  
 constat, terrarum orbe diffusam, & omnibus  
 eiusdem partibus equaliter, id est, concordi-  
 ter distributam, haec ille. Numerum quater-  
 narium pythagorici Tetractin appellant, per-  
 petuum naturae fontem, haec parergos. &c.

Mysteriū  
 uestis qua  
 dripartite

## ECCLESIA.

### GYNE PARTHENIAS,

hoc est, mulier uirginitatis.

**E**ccliam esse uirginem & matrem imma- De matre  
 culatam declarat Ambrosius lib. 1. de uir- ecclesia to  
 ginib. dicens. Virgo est castitate, mater est to orbe dif  
 prole: parturit itaq; nos uirgo non uiro plena fusa uide  
 sed spiritu, parit nos uirgo non cum dolore mem Aug. Epi.  
 39.

F 2 bro

brorum sed cum gaudijs angelorum: nutrit nos  
uirgo non corporis sed Apostoli, &c. Et Augus-  
stinus lib. de sancta uirgine, ca. 2. Ecclesia uirgo  
& mater est, inquit, cuius prolem alloquimur si  
mater non est? Et Hier. lib. 2. aduersus Ioninias-  
num, sic ait. Sponsa, soror, Mater, & quaecunq;  
alia putaueris uocabula unius ecclesie congrega-  
tio est, quæ nunquam est sine sponso fratre, fia-  
lio, unam habet fidem, nec constupratur dog-  
matum uarietate, nec hæresibus scinditur, uirgo  
permanet, quocunq; uadit agnus sequitur illum:  
Sola nouit canticum Christi, (Breuiter. Hære-  
sis scorto similis est, doctrina sana matri castæ.)

Merito igitur mater, quia compatiens Hier. 31.  
Cuius nixus seu puerperium multiplex: Fit es

**Multiplex  
partus.**

nim aut per Baptismum: aut per penitentiam:  
uel per uotum quæ ingressio religionis est: &  
per ordinationem: per martyrium: Quæ omnia  
nobis mystice sunt significata per sex filios Lia  
Et quæ olim ante aduentum Christi sterilis erat.

**Ecclesia  
sterilis  
quomodo**

iam ressecans uitia, postquam iustitia de celo  
prospexit, secunda reddita est, Galat. 4. uis-  
de Ambrosium. libro. 2. de Abraham patriarcha  
cap. 10. Cypri. in 1. libro aduersus iudeos, &c.  
illa igitur mater naturali ad hoc adfectu instigante  
alunos suos ad bene beateq; uiuendū ducit

plerunq;